

KNIGHTS OF COLUMBUS FOUNDATION  
FOR PRESERVING MANUSCRIPT COLLECTION OF THE VATICAN LIBRARY

# START

ST. LOUIS UNIVERSITY LIBRARY

This film may not be removed from the depository. No part  
of this film may be reproduced without written permission  
from St. Louis University.

RF 22007

R



**VAT. LAT.**

**3708**

CLEM. VII. PONT. MAX.  
L'ò Anno .VII. Del suo Pont.



Tetrastico del Casio.

Questo è el Nochier, sol d'alme pescatore,  
Chel settimo già chiuse' Giubileo:  
Corono Carlo el quinto Semideo,  
Gratie' non mai concesse' à un sol Pastore.



Incipit legenda sancte  
Iuliane & uidue de Bar-  
cis de Bononia.

Vit olim preclariss-  
ma in ciuitate bonoie,  
prouincia Italiae. Quedam  
puella nomine Iuliana ex



honestā satis domo genita,  
patre uidelz Iulio de Bācis,  
matre uero Iucunda nuncu-  
patis: qui Iesu christi præ-  
cunctis diligentes, illius præ-  
cepta seuerissime observa-  
bant. quo circa bonis tempo-  
ralibus copiosissime om̄ipo-  
tens creator eos locupleta-  
uit: qui cum in dies summa  
charitate ducerentur, in tris  
partes hæc talia dei dona  
liberrime diuiserunt: quarum  
duabus in templorum & di-  
ficijs, sanctarumq; religio-

num reparationibus, ac pau-  
perum alimento utilissime di-  
spensatis, reliquam suo neces-  
sario uictui seruauerunt.  
Hæc igitur sancta Iuliana  
in ætate puerili existens sapi-  
occulte domo discedebat, quæ  
confestim ecclesiam ingressa,  
in eius angulo, ac in remoto  
loco consistebat: ubi creato-  
rem deum pro salute animæ  
sux deuotissime adorans, ali-  
quanto tardius postea do-  
mum repedauit: pro quo se-  
penumero a nutrice grauiter

inrepta non sine flagello ma-  
nus eius euasit: quia clam om-  
nibus domesticis ac in comita-  
ta abscesserat. Ad hæc etiam  
in hystoria prenotatur q̄ in  
tota eius puericia nunquam  
cum ceteris puellis ludentibz  
colludere uisa est: sed tanq̄  
senex uitam transigebat, ac  
singulari uirtute prædita  
quali future sanctitatis spe-  
cimen ostentabat: quæ fre-  
quens in uigilijs noctu elec-  
to exurgens, omnipotentem  
deum orationibus quas a

matre didicerat salutasse  
fertur. At uero crescentibus  
annis, cepit pauperum mise-  
reri, et in illos charitatem su-  
mam exercere: unde sæpe  
numero in eius gremium oc-  
cultatum dum pranderet pa-  
nem; postea domo abscedens  
pauperibus distribuebat: pe-  
grinos quoq; et corpore læ-  
guentes humiliter iuisebat,  
cum sæpius eorum pedes  
ut melius poterat lauaret,  
atq; magna charitate eis in-  
seruiret. Vicinas quoq; ali-

quando inter se odia exercētes suis sanctissimis monitionibus hinc et inde pro castigatione habitis reconciliauit. parentes eius uolentes istam preciosissimis uestibus adornare, ut moris erat, ciuitatis, summa tristitia per sepe afficiebant: cum talia ornamenta et mundiales pompas uelut tota spiritui inuicta et parui faceret. Quum uero quindecim annos sue ætatis impleuisset, ut deo placitum est, nupsit cuidam

4  
nobilissimo nomine Iulio, in qua quidem ætate his uirtutibus, ac nature dotibus precipue florebat. Nam qualis foret in timore, uerecundia, honestate, et pulchritudine, inter alias facile dignoscebatur; & qua pudicitia corpore adornasset, et totum uitæ suæ cursum illustrasset non meum est complecti præ temporis angustia. Quò omittā et quæ fuerit affatu iucunda, sermone facilis, amabilis, et a specu, prudentia circū-

5

Spēta / pacientia corroborata  
fortitudine robusta / humilita-  
te mansueta / charitate assi-  
dua atq; sollicita: ob que a  
deo meruit unicum filium et  
filias quatuor ueluti cotidēz  
flores a candida lilia patriā  
adornatura in matrimonio +  
sanctissimo atq; purissimo +  
parturire, quorum nomina sub  
sequuntur filius laurentius  
dictus est: at filiē iulia, per  
petua, uictoria, et candida  
nuncupate sunt: quos autez  
quinq; filios non libidine +

5  
aut aliquo carnali desiderio  
commota concepit: Sed tan-  
tūmodo ut dei sanctissimuz  
matrimonij preceptum adim-  
pleret: quoniam illos nō sibi  
mundo ue: sed altissimo +  
creatori suo peperit: non ua-  
nitatibus, sed regno celesti  
educavit: nec delicatissimis ci-  
bis, sed documentis sanctis-  
simis imbuit: non tempora-  
les doctrinas, sed celestes di-  
sciplinas illos edocendo. Po-  
stremo non seculo omni er-  
rore plenissimo sed religionis

sanctissime uinculo colliga-  
uit. O foelix et bta mater  
que tot nobilissimos flores  
talis tanteq; stirpis genuisti  
qua matrimonium in pecca-  
to non cognouisti: illud us-  
q; ad extremum illesum in-  
temeratumq; conseruando  
qua post editos illos quinq;  
ueram et in corruptam ser-  
uasti continentiam in aeta-  
te: et iuuenili constituta q;  
adulterijs et libidib; fla-  
grare consuevit. Maritus  
autem eius cum aetatem

6  
annorum triginta transegis-  
set uocatis ad se prius uxore  
et natis et ex more disceden-  
tium adhortatis omnibus  
uite extremum clausit dies.  
Iccirco diuina Iuliana amis-  
sis parentibus et marito cum  
sola ac uidua una remansit  
set cum laurentio filio et fi-  
liabus quatuor ac socra ad  
modum decrepita cui nome-  
erat iucunda omnibus qdem  
ad uite munia imbecillis to-  
tius familie curam sola di-  
ligentissime gerebat in qb;

quod solertissime administratis.  
tanta in ea enituit uirtus: ut  
quot saluti feris documen-  
tis ieiunijs orationibus &  
lachrymis hec sancta uidua  
ab omnipotenti deo foret  
dotata mirum sic enarrare  
quorum maxime indicium  
et exemplar subsequenter  
omnibus prestuit: eoque uni-  
uersa eius temporalia bona  
post dilectissimi mariti obi-  
tum ualde aspernata fuit:  
relinquens omne regnum  
huius seculi: et omne uel

7  
preciosissimum ornamentum  
ob amorem sui creatoris: in  
quem firmissime semper cre-  
didit quem adamauit que-  
siuit: ac demum ardentissime  
amplexata fuit: et quia uiue-  
te marito proprii corporis  
mancipatum et potestatem  
semper formidauit: non ita  
audater atque copiose elemo-  
sinas prius in pauperes col-  
latis: postmodum eo mor-  
tuo abunde usque adeo faci-  
ebat ut eorum uulnera ac-  
quęcūque putrescentem mor-

bum firmo stomacho et affec-  
tione maxima lauaret ob q̄  
uniuersi ciues non solum ⁊  
pauperum matrem sed fa-  
mulam etiam nuncuparūt  
que omnia tam et si multo-  
rum exultatione omnibz  
ditior haberetur non dedi-  
gnata est facere quapropt̄  
omnipotens deus gratifica-  
tionis exemplum dedit ⁊  
aperitissime: ubi asperrime  
passionis sue crucem cordi  
eius infixit: nam cum quo-  
dam die in ecclesia a do-

8  
mino iesu christo preuenta  
et uisitata foret dum consi-  
derat hec dei serua: quā-  
ta clementia quantaq; bo-  
nitate excessiua se ad hūa-  
nam carnem suscipiendam  
inclinasset atq; ut atrocis-  
sime crucis supplicium: ⁊  
quo nos a perpetui carceris  
uinculo reddimeret liben-  
ter per pessus fuerit. Tāta  
lachrymarum et doloris ⁊  
copia a clementissimo pri-  
cipe donata est ut quo ⁊  
magis eas compescere ac

refrenare conaretur: Tanto af-  
fluentiores in eius uestimenta  
caderent ut uberrimo liquore  
tota madefieret: in ieiunijs au-  
tem non minor: q̄ in reliquis  
uirtutibus apparuit: cum ce-  
teris omnis sue tempestatis  
mulieres ante iret: et ad ce-  
nam eo tempore uocata non  
minus attristabatur ac si  
acerbissimam medicinam  
susceptura fuisset. Itaq; a  
deo bene undiq; prouisa fu-  
it: ut nulle eius forent par-  
tes: quæ a suo ueluti custo-

de caute beneq; non teneren-  
tur. Habuit enim castum ti-  
morem: qui non secus ac fa-  
scia pectus constringens om-  
nes animi cogitationes cōpe-  
scuit in ore tanq; frenum qd  
cuius linguam regeret atq; mo-  
deraretur: in operibus stimu-  
lum ne frustrato tempore in  
pigritya uitium laboretur.  
In omnibus uero mensuram  
rerum et uirtutis modulum  
a deo tenuit: ut ad extremo-  
rum uitia uelut tota prudēs  
nunq; accederet. Itaq; ta-

lis timor non aliter q̄ q̄dam  
leopa cor ipsius mundabat  
ab omni duplicitate: os suū  
a falsitate et mendacio opa  
uero ab omni uanitate quo  
niam nunq̄ lectum in eius  
hystoria fuit: q̄ nullum ab  
eius ore turpius uerbū exie  
rit sed perpetuo in omnib⁹  
uerbis et operationibus ie  
su christi nomen inter sera  
bat. Tantus inerat dei timō  
qui totam mentem posside  
bat: quia non solum ab oī  
mali specie semper cauit

sed etiam tanq̄ a spiritu ⁊  
pietatis mota ad quodcū  
q̄ bonum opus procliuis et  
inclinata fuit: est enim mi  
rum q̄ strenue omnia pie  
tatis opera obeunda frequ  
tasset ut pro posse suo tūc  
nullos corpore languentes  
omitteret quibus perfectā  
charitate non inseruiuerit  
et per sepe etiam defunctis  
sepulturam tribuit et quo  
rum cunq̄ sue tempestatis  
orphanorum non minus ⁊  
curam q̄ filiorum semper

gessit uiduas quoq; sui stat?  
et maritos habentes in conso-  
latione admitere non oblita  
Accidit autem dum hec ser-  
ua dei talibus uirtutibus sol-  
licite incumberet ut diuo  
ambrosio duorum sanctoru  
martyrum vitalis et agrico-  
le corpora diuinitus reuela-  
rentur qui repente mediola-  
no bononiam se conferens: +  
ubi ea per misericordiam dei  
esse cognouerat illinc maxi-  
mo populi bononiensis gau-  
dio abstulit: cui solemni +

triumph

11  
triumpho et iubilationi hec  
diua Iuliana minus defuit  
que cum ceteram multitudi-  
nem longe progressa foret  
ante pedes diui ambrosij +  
humiliter et genu flexo pro-  
cumbens. tali loquuta e ser-  
mone: Benedicatur inquit  
omnipotens et sempiternus  
omnium creator: qui maxi-  
mus optimus in maiestate  
sua hodie in uniuerso hoc  
suo populo miranda fecit  
qui in suis sanctis mirabi-  
lis ubiq; predicatur: qui

et sua gratia te circūdedit  
ut omnino dignus ac gratus  
fieres qui hec talia cunctis  
ineffabilia munera reperires  
Ipsa ego te per illum obse-  
cro rogoq; et obtestor qui  
te laurea stola pontificali +  
digne cōdecorauit ne mihi  
deuotissime serue negare  
uelis quod iustanter a te  
honorande pater et humil-  
lime postulauero ut scilicet  
istorum martyrum nuper  
inuenta corpora mihi con-  
dones quibus sepulchro et

exequijs magnifice paratis  
ecclesijs in super eorum no-  
mini dedicandas fabricari  
faciam concedas igitur hec  
sacra corpora neq; meis pre-  
cibus refragari placeat quo-  
niam et altaria q̄ plurima +  
erigam et eorum reliquias  
pro ut digne meriti fuerunt  
adornabo. Tunc diuus am-  
brosius audita huiusmodi  
oratione minime lachrymas  
continere potuit et quod  
pie humiliter q; postulauēat  
statim et sine mora cōcessit

At diua Iuliana q̄ primum  
omnes artifices aduocari ius-  
sit qui in unum congregati a  
fundamentis usq; ad integrā  
perfectionem in honorem ⁊  
sanctorum martyrum uitalis  
et agricole ecclesiam edifica-  
uerunt sitam non longe ab  
ecclesia sancti Stephani pro-  
tomartyris in quo diuus ā-  
brosius omnibus preconijs  
et laudibus dignissimus ⁊  
marmoreis sepulturis talia  
corpora sua manu colloca-  
uit et pontificalia uerba

prefatus in honorem dei hanc  
ecclesiam eorum dedicauit.  
O uidua non immerito maxi-  
mis laudibus extollenda ⁊  
mulier prefec̄to summa gloria  
decoranda cuius et diuus  
ambrosius dum laudes rece-  
seret ad uniuersum populū  
huiusmodi uerba fecit: nos  
equidem humili ac pie po-  
stulationi huius sancte ui-  
due nequaquā aduersari po-  
tuimus quo minus petita  
munera concederemus: hec  
est enim que templū olim

suo creatori preparatum in  
presentia obtulit hac tenus  
ambrosius. At non multum  
post tempus hec uenerabilis  
uidua primis edificiorum  
ornamentis non satis contē-  
ta sed magis ac magis sacras  
reliquias predicatorum mar-  
tyrum adornare precipies  
dedit suum unicum filium  
laurentium ad seruitium  
dei in prefato monasterio  
sancti stephani: qui cum ui-  
tam iuxta monasticale Re-  
gulam seuerè duceret ado-

Creuit ut memorie sit pro-  
ditum inter ceteros monacho  
primarium obtinuisse locū  
ex quo prefata uidua dictā  
ecclesiam sancti stephani  
multis apothecis et posses-  
sionibus uberrime dotauit.  
cum illud dictum euāgelij  
firmiter mente teneret ubi  
dominus noster sic dicens  
locutus est. Quicumq; domū  
fratres sorores parentes  
uxorem filios et diuitias  
in eo nomine reliquerit, cē-  
tum pro uno accipiet.

uitam eternam possidebit. ¶  
Quum autem in dies uirtutib⁹  
hec prestantior appareret  
anxie sollicitaq; curam gere-  
bat: ne antiquus ille serpens  
in extimalem thesaurum uir-  
ginitatis filiarum ex temporē  
adoriret: ideo in iisdem: quas  
habitabat domibus ecclesia  
in honorem prefatorum mar-  
tyrum proprio sumptu edifi-  
care fecit ac in super eas al-  
tissimo muro scepsit ad mo-  
nasticalis diuersorij similitu-  
dinem ubi omnibus ecclesie

condonatus ipsa socrus et  
filie iubilacionibus hymnis  
psalmis orationibus uigilijs  
et ieiunijs acriter incumbe-  
bant: ac demum uelut ange-  
licam in terris uitam uiuebat  
et quum hec uidua deuotio-  
ne maxima atq; affectione  
prosequeretur diuino augu-  
stinum sacrosancte ecclesie  
doctorem eximium ab eo  
tandem precibus quam plu-  
rimis uicē impetrauit, ut  
ad ipsam, ac eius socrum  
libellum de uiduitatis sta-

tu continentem scriberet: similiq; mō ad filias alterum de uirginitate conseruanda disserentem quos non multum post tempus diuus augustinus libentissime confecit: liber autem quem de uiduali statu composuerat sic ordiebatur augustinus episcopus seruus seruorum christi Religiose dei seruę Iuliane in domino salutem eternam. Ne diuitius tue petitioni ac singularissime dilectioni, quam habes in Iesum Chri-

16  
stum, et mea promissione debitor existam: utrunq; scribēdi onus inter alias meas occupationes suscepi: ut aliquā satisfacerem de professione sanctę uiduitatis ac sacre uirginitatis aliquid scribendo: Quapropter cum huiusmodi librum, atq; alias spirituales lectiones per sepe legeret, interdum a deo a uehementi hebrietatis spiritu in altum rapiebatur, ut per integrum diem frequenter in eo conquiesceret: tuncq;

81  
nulla ab ea uox emanabat et  
quolibet eius sensus uelut stu-  
pens ab officio cessabat quia  
rex eternus in illius corde et  
tunc posuerat domicilium.  
Nec est mirandum quoniam  
illa pax: que cuncta terrena  
superat: corporales sensus et  
huius sancte uidue sepultos  
in tantum retinebat, ut saepe  
numero bononienses matro-  
ne ac alia de uicinia uix  
illam excussionibus stimu-  
lisque exagitando, possent ex-  
pergefactam reddere: ob quod

17  
multa caelestia arcana cog-  
uit, que tunc ei dominus per  
sui misericordiam detegebat.  
Dum autem haec sanctissima  
uidua talibus intenta, uitam  
ageret: ut deo placitum est;  
usque ad septuagesimum terti-  
um uite annum peruenit:  
in qua quidem etate cum et  
quadam nocte diuinis offi-  
cijs deuotissime daret opera,  
et clementissimum deum in-  
stanter rogaret: ne eius ani-  
mam intra corporis compedes  
amplius morari sustineret,

sed maiestas sua dignaretur  
ab hoc tenebroso carcere quod  
primum eripere: ut citius et  
aeternae beatitudinis quiete  
frueretur: et cum magis, ac  
magis talem orationem frequen-  
tasset, quedam uox de celo  
descendens audita est, sic  
dicens: ueni dilecta mea et  
fidelis: ueni inquam deuota et  
mea ad gaudium paradisi,  
quem tanto tempore desi-  
derasti: in quo corona me-  
rita coronaberis. Nunc et  
multum post spacium cum

18  
grauitate corpore ex arden-  
ti infirmitate languesceret,  
et pene ad extremum uitae  
redacta sanctissimum cor-  
pus et sanguinem christi a-  
teque sumeret: quedam deuo-  
tionis causa prefaretur uisibi-  
liter a circumstantibus per  
unum ferme cubitum in al-  
tum eleuari uisa est et tum  
magna uoce exclamans di-  
xit imus ad celum, ihesus  
ad celum o fideles christi-  
ani: quae post modum inter-  
rogata a matronis, uicinisque

et fialibus quid sibi accidisset nullum uerbum fecit nisi quod magno gaudio repleta cum eius assistantibus ad festiuitatem et triumphum commotis cum propheta canebat cor meum et caro mea in domino letantur. preterea plerique ibi presentes ad lectum huius puerum quendam in media nocte uisiterunt magna consimilium multitudinem cum sequentium, qui hanc sanctissimam uiduam amplectendo illius animam et corpore abstulit:

cum qua pariter et ad celos euolauit. Post cuius uero obitum non facile est enarratum quanta tristitia et dolore uniuersus populus affectus sit, cum e contra archangelus maxime gauderent ciuitas enim in luctu et continuis lachrymis degebat: ac celum triumphis et iubilationibus uacabat: funeri autem in exequiis huius sanctissimi corporis totus bononiensis populus interfuit: qui lugubri ac sono ferali eiu-

lans, usq; ad prefatam eccle-  
siam sancti stephani protho-  
martyris. id sacratissimum ⁊  
corpus associauit, ibiq; mul-  
titudine orphanorum pupil-  
lorum ac pauperum graue  
gementium maximo cum ⁊  
honore ad intra sepulchrū  
marmoreum collocatum fuit  
Quinto idus Februarij hoc  
est die septima Februarij.  
Regnante Theodosio Ro.  
Imp. ac Iesu christo domi-  
no nro. Qui uiuit et regnat  
cum deo patre, et ⁊ spiritu

sancto in sempiterna secu-  
la. Amen

Scriptum per me Petrum  
antonium Salandum Re-  
giensem, die uigesimo quinto  
mensis Martij. Millesimo  
quingentesimo secundo.

KNIGHTS OF COLUMBUS FOUNDATION  
FOR PRESERVING MANUSCRIPT COLLECTION OF THE VATICAN LIBRARY

**END**

ST. LOUIS UNIVERSITY LIBRARY

This film may not be removed from the depository. No part  
of this film may be reproduced without written permission  
from St. Louis University.

EP 23007